

dicum, sub pena centum libr. par., et si non habuerit unde solvere condemnationem predictam, amputetur ei manus.

- ¶ Salvo quod porte de sub pala- // cio comunis et turis posite 94 A
super portum comunis possint stare aperte secundum usum
5 consuetum, tamen de mandato dictorum iudicum. ¶ Et quod
nullus qui habuerit aliquam clavem seu claves omnium ianua-
rum predictarum, tam principalium quam aliarum, audeat vel
presumat dictas ianuas claudi vel aperiri facere per aliquem
de sua familia vel per aliquas feminas, preter quam ipsemet
10 vel per filium vel filios suos legitime etatis, sub pena viginti-
quinque libr. par. pro quolibet et qualibet vice contrafacta.
¶ Item quod quelibet persona cui designate fueri[n]t claves
ianuarum infrascriptarum, videlicet ianua magna subter pala-
cium comunis, ianua magne turis de supra portum, ianua prope
15 stabulum domini potestatis, ianua turis prope pescariam, ha-
bere debeat de camera comunis in quolibet regimine iudicum
sold. viginti par. pro quolibet pro eorum salario, et nichilo-
minus donec tenuerit dictas claves, sit absolutus a vardis et
a supravardis tam diei quam noctis civitatis Tergesti. ¶ Item
20 quod quilibet, cui date et designate fuerint claves ex aliqua
ianuarum predictarum tocius Tergesti, ipsas claves tenere de-
beat per unum annum et ianuas claudere et aperire modo pre-
dicto, et aliquis de familia alicuius seu habitans cum aliquo,
qui habuerit seu tenuerit uno anno claves ex aliqua ianuarum
25 predictarum principalium, ipsas claves sequenti anno proximo
modo aliquo habere vel tenere non possi(n)t, nec iudices sibi
dare possint vel debeant sub // pena decem libr. par. pro quo- 94 B
libet iudice contrafatiente; et omnes qui tenuerint vel habue-
rint aliquam ex clavibus omnium supradictarum ianuarum sit
30 exemptus, toto tempore quo tenuerit dictas claves, ab omnibus
guardis et supravardis ¹⁾ civitatis Tergesti tam diei quam [de]
nocte.

¹⁾ *upradictis.*